



Per.
Lat
020

LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy
évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

Dies luctuosa.

«Postquam autem crucifixerunt eum,
diviserunt vestimenta eius et sedentes ser-

eo duo latrones: unus a dextris et unus
a sinistris. Praetereuntes autem blaspe-



vabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Jesus Rex Judaeorum. Tunc crucifixi sunt cum

mabant¹ eum, moventes capita sua et dicentes: Vah, qui destruis templum Dei et

¹ szidalmaz.

triduo illud reaedificas: salva temetipsum. Si Filius Dei es, descendere de cruce. Id ipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant² ei. A sexta autem hora tenebrae factae sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna dicens: Eli, Eli, lamma sabacthani? Hoc est: Deus mi, Deus mi, cur deseruisti me? mox iterum clamans voce magna emisit spiritum...

Erant autem ibi mulieres multae a longe, quae secutae erant Iesum a Galilaea, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene et Maria Jacobi et Joseph mater et mater filiorum Zebedaei. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathaea, nomine Joseph, qui et ipse discipuluserat Jesu. Hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Jesu. Et accepto corpore Joseph involvit illud in sindone³ munda.⁴ Et posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat⁵ in petra.⁶ Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti et abiit.»



Luna in carminibus Horatii.

Qualis ratio¹ inter Solem et Apollinem est, tali ratione Luna et Diana inter se comparari possunt. De quibus posterioribus haud raro apud Horatium legimus.

In carmine saeculari poeta Dianam «silvarum potentem, lucidum caeli decus» et «siderum reginam bicornem» appellat (v. 1—2, et 35.), in carmine autem 6. libri quarti «noctilucam, prosperam frugum celeremque pronos volvere menses».

Quae autem Diana et Lunae identitas² originem non a Graecis fert, sed mente³ ac cogitatione³ Romanorum haeret.³

Luna ab omnibus gentibus stella prae-

Haec in evangeliis scripta leguntur, picturam autem, quā *deploratio Christi* re praesentatur, *Fridericus A. Kaulbach* Germanus, qui suo tempore longe ceteris excellere pictoribus existimabatur, pinxit. Pictura anno 1892. Monaci⁷ propalam exposita est.

² szemére vet ³ gyoles ⁴ tiszta ⁵ kiváj ⁶ szikla
⁷ München.

De Olympia.

(2.)

Scripsit *Franciscus Mező dr.* In Latinum convertit *Carolus Ács.*

Neque umquam inanes venerunt, sed advectas pulcherrimas pecudes deo immolabant. Adportaverunt res pretiosissimas in honorem dei et in thesauris,¹ qui in sacro luco erant, collocaverunt. Primum certamen et quae secuta sunt sollemnia unum diem celebrabantur. Cum vero a. Chr. natum 472. tam multa essent certamina, ut unum ex eis in² noctem usque perduceretur,² ludi tres dies celebrati sunt. Ita factum est, ut inde

¹ kincsesház ² belenyúlik az éjszakába.

clara habetur. Pontus sub luce Lunae sicut vultus mitis splendet: «*Ut pura nocturno renidet Luna mari*.» (Carm. II. 5. 19—20.) Luna collustrat gramina⁴ veris Venere se ad numerum movente: «*Iam Cytherea choros ducit Venus imminentे Luna*.» (C. I. 4. 5.) Splendor Lunae dux certissimus nautarum est in mari fluctibus exasperato:⁵ «*Atra nubes condidit Lunam, neque certa fulgent sidera nautis*.» (C. II. 16. 2—5.)

Sicut a nobis, ita etiam a Horatio Luna symbolum mutationum habetur: «*Neque uno Luna rubens nitet vultu*.» (C. II. 11, 10—11.) Quae si inter nubila occultatur, etiam venti vehementius per angiportus⁶ strepunt, at ea lucente molestissima quoque solitudo libenter toleratur, amici autem hilares ad pocula propinanda⁷ frequentes convenient.

Ioannes Jeney Sch. P.

¹ viszony ² azonosság ³ római felfogásban gyökerezik ⁴ pázsit ⁵ felkavar ⁶ sikátor, folyósó
⁷ rákószönt.


ex hoc tempore Olympia cum sollemni-
bus dies quinque agerentur.

Iam vero victores coronam oleaginis³
virgulis factam nanciscebantur quidem,
sed hoc certaminis modicum⁴ praemium
eos per omnem vitam beatos reddidit et
victoriam suam etiam patriae, unde nati
sunt, impertiebant,⁵ quae eos vicissim
omni honorum genere exornabat: usque
enim ad supremum diem eis in prytaneo,⁶ communi⁷ civium bonorum cenan-
tione⁷ victus praebebatur, a poetis cele-
brabantur, a nobilissiniis statuarum arti-
ficibus memoria eorum immortalis redde-
batur, bellis denique saepe ex victoribus
Olympiis imperatores deligebantur.

Ceterum victores in ipsa Olympia cele-
brari coepti sunt. Ab arbitris⁸ certaminis⁸
in templo Iovis celeberrimo coronati in pompa
cum cantu nervorum et tibiarum per sacrum
lucum ducebantur. Iam sollemnium apparatus
magnificentissimi et splendidissimi: vestis
auro argentoque distincta induebatur, orna-
menta virorum, qui a civitatibus ad hono-
randum victorem missi erant primiorum⁹
per pompam incidentium candore solis mi-
cantia fulgebant. Atque occaso sole, cum
imminaret in caelo pulcherrima Luna, victor
amicos et familiares ad convivium invit-
abat. Convivium nervorum tibiarumque
cantu condiebatur.¹⁰ Modo veteribus, modo
novis ex¹¹ tempore¹¹ fusis¹¹ carminibus cele-
brabantur victores, ne memoria victoriae
unquam in oblivionem abiret. Domi prope
oppidum obviam eis proceres procedebant
ovantes eos intra muros ducturi, ubi cele-
brandi nullus¹² erat modus¹² et finis.¹²

Dies victoriae anniversarius a Graecis sol-
lemniter agebatur, cum victor caput corona
Olympia redimitus¹³ deis oppidi praesidibus
sacrificabat sacrificare factis epulis lautissi-
mis dediti¹⁴ carmen ad victoriam celebran-
dam factum canebant.

Ceterum Olympia quarto quoque anno
instituebantur, quae cum hostes iam sedem
et solum patriae occupatum haberent, cele-
brabantur, immo vero Olympii ludi, cum
Romani Graeciam domuisserint, edi non desit
sunt. Quamquam interdum ipsi imperatores
Romani pro corona Olympia certabant, atta-



Fluvius Alpheus. Lucas sacer.

men athletarum Olympiorum laus et gloria
obscurari coepit. (Ad numerum proximum.)

³ olajfa ⁴ egyszerű ⁵ juttat, részeltet ⁶ középület
neve ⁷ közös étkezőhely ⁸ versenybirák ⁹ előkelő
¹⁰ fűszerez ¹¹ sebtiben készült, rögtönzött ¹² se vége,
se hossza ¹³ megkoszorúz ¹⁴ átengedi.



LECTARIIBUS MINIMIS.

Vertragus,¹ lepus et lupus.

Vertragus strenue² leporem agitbat.³ Re-
pente lupus a dumeto⁴ prosilit.

— State! paucis vos volo⁵ — clamat; —
pacificator⁶ vobis ero. Vertrage, quid expetis
a lepore?

— Evidem — ait vertragus os lambens⁷
— carnem eius expeto, quae praeda mihi
debitur.⁸

— Tota caro multum est... Et tu quid
offers pretii pro carne tua? — quaerit ex
lebere trementi.

— Mystacem⁹ — respondet lepus.

— Hoc, mi fili, parvum est.

— Addo caudam.¹⁰

— Plus etiam.

— Ne de auribus¹¹ quidem doleo, modo

¹ agár ² serényén ³ üldöz ⁴ cserjés ⁵ egy szóra
⁶ békélgettő ⁷ nyaldos ⁸ jár ⁹ bajusz ¹⁰ farok
¹¹ fül.

liberari possim. Vertragus impatiens¹² esse coepit.

— Potesne uti pelle¹³ eius? — quaerit lopus ex cane.

— Eam non desidero — respondet vertragus.

— At, amice, dimidiata¹⁴ carne contentus¹⁵ esse debes; altera pars ex more debetur causidico.¹⁶

Astutia¹⁷ vulpis.

Vulpes indignabatur,¹⁸ quod in conventu¹⁹ quadrupedum²⁰ raro consilium suum vel prudentissimum acciperetur. Ubi enim os aperuerat, statim leo vel ursus murmure²¹ impediebat, quominus²² loqueretur, minores vero ludibrio²³ eam deridebant.²⁴ Tum vulpes lepidum²⁵ cepit²⁶ consilium²⁶ et sic allocuta²⁷ est taurum vasto corpore:²⁸

— Tu, domine, cornua habes formidabilia²⁹ et grande corpus, ego vero rationem habeo. Ineamus³⁰ inter nos societatem.³⁰

Ita factum est. Vulpes praemandit³¹ verba tauro, qui illa in conciliis magna cum dignitate mugitu³² edidit.³²

Omnis mirantes stupent,³³ maiores annunt,³⁴ minores acclamat; una vulpes callida de re ridet.

Olympia.³⁵

Diogenem, qui Olympiis interfuerat,³⁶ amicus interrogat:

— Quid vidisti?

— Id quod ubique videtur in vita — respondet vir sapiens. — Nonnullos spectatores³⁷ paenituit adfuisse, quia plus sperassent; complures paenituit in harena³⁸ non cucurrisse, pueros nondum currere, senes iam currere non posse, eos, qui non vicerant, cucurrisse. Victores tantum ludis³⁹ finitis³⁹ gavisi sunt, quod cucurrerant. Val. Fehér.

¹² türelmetlen ¹³ bőr ¹⁴ fele ¹⁵ megelégedett
¹⁶ ügyvéd ¹⁷ fortély ¹⁸ bosszankodik ¹⁹ gyülekezet ²⁰ néglábú ²¹ morgás ²² hogy ²³ gúnyosan
²⁴ kinevet ²⁵ csinos, elmés ²⁶ tervet eszel ki ²⁷ megszólít ²⁸ nagytestű ²⁹ félelmes ³⁰ szövetséget köt
³¹ szájába ad ³² kibögi ³³ száját tátja ³⁴ rábólint
³⁵ Olympiai játékok ³⁶ részt vesz ³⁷ néző ³⁸ küzdőtér ³⁹ játékok végeztével.

VIRI ILLUSTRES

C. Iulius Caesar.

(100—44 a. Chr. n.)

Caesar, triumvirorum excellentissimus, «caesarismi» sic dicti pater, summo Iuliorum genere natus, aequalis fere fuit Pompeio, nec non Ciceroni. Cum Mario autem et Cinna, Sulla inimicis, affinitate eum coniunctum fuisse satis constat. Caesar enim iuvenis uxorem duxit Corneliam, Cinnae filiam, quam amavit ita, ut etiam Sulla monente adduci non posset, ut eam repudiaret. Quam ob rem Roma fugiens tantum per propinquos suos veniam impetrare poterat. Notum est Sullam amicis et propinquis vehementissime deprecantibus expugnatum tandem precibus dixisse *iuvarem illum exitio olim partibus optimatum fore: nam Caesari multos Marios inesse.* Post Sullae excessum¹ Rhodi Apollonio Moloni tunc temporis clarissimo dicendi magistro² operam² dabat.² Ex³ itinere³ a piratis captus quadraginta dies apud eos vixit. Viginti talenta piratae postulaverunt: Caesar quinquaginta se daturum pollicitus est. Quibus numeratis, — servi nempe Caesaris interim ad negotium perficiendum dimissi sunt, — cum libertas ei reddita esset, statim viribus in regione collectis rediit et piratas captos eo suppicio, quod per iocum saepe illis minatus erat, affecit crucisque eos affixit. Cum se haud satis ad captandas maiorum rerum occasiones virium habere intellexisset, societatem cum Pompeio et Crasso iunxit Caesar, ne quid, quod triumvirorum voluntati consilioque displicuisse, in republica ageretur. Collega consulatus Bibulus adeo est a Caesare posthabitus, ut Romani cum aliquid testandi⁴ causa⁴ signarent,⁴ passim per iocum non Caesare et Bibulo, sed *Iulio et Caesare consilibus* factum scriberent.

Caesar Galliam provinciam proconsul accepit, quam novem annis in⁵ provinciae⁵ Romanae formam⁵ redegit:⁵ immo exer-

¹ halál ² előadásait hallgatta ³ útközben ⁴ mint tanu aláír ⁵ provinciává tesz.

citibus in Germaniam et Britanniam traie-
tis periculum Germanorum imminens ad
tempus a Roma avertit. Interea cum Pompeio
de principatu contendere coepit et iniurias
acceptas vindicaturus signum proficisciendi
in Italiam cani iussit. Fines patriae suaes
transgressurus ad Rubiconem flumen paulum
constitisse fertur. Tandem «alea iacta esto»
exclamans legiones traiici iussit eoque bellum
exarsit civile.

Pompeio devicto Pharnacem, Mithridatis filium tam brevi tempore oppressit, ut ille nuntius: «*Veni, vidi, vici*» de victoria ad senatum missus non immerito exstiterit immortalis.


Bellis civilibus confectis consilia
audaciae plena agens atque meditans
iam insolentius⁶ agere coepit: senato-
res sedens exceptit et quendam, ut
assurgeret, monentem hostili vultu
aspexit. Quare Cassio et Bruto duci-
bus coniuratū in eum est decretum-
que eum Idibus Martiis in senatu inter-
ficere. Cum Caesar eo die in senatum
venisset ac coniurati quasi specie⁷
officii⁷ eum circumstetissent, illico
unus propius accessit togamque eius
apprehendit. Caesaris acclamantis
«ista quidem vis est!» Cassius pugione
iugulum⁸ vulnerat. Conspiratis novos in eum
impetus facientibus Caesar toga caput obvol-
vit, quoque honestius simul moreretur, etiam
inferiorem corporis partem velavit. Atque
ita tribus et viginti plagis⁹ est compunctus
uno tantum gemitu edito.

Caesar ad omnes res aptus consilique plenus fuit. Disertus,¹⁰ ut vix quisquam ei posset resistere, dives; cum tempus posceret, laboriosus, patiens, liberalis, blandus et affabilis.¹¹ Victoria civili clementissime usus est. Cicero laudem eximiam ei tribuit, quod nihil oblivisci soleret nisi iniurias. Simultates¹² omnes occasione data libens deposit. Valerium Catullum, cuius versiculis famam suam laceratam¹³ non ignorabat, cenae adhibuit. Idem simulac se remiseral,¹⁴ neque causa suberat, quare animi laborem perferret, luxuriosus, libidinosus, dissolutus reperiebatur, ut omnes admirarentur in uno homine tantam inesse dissimilitudinem tam-

que diversam naturam. Dominationis avidus
semper in ore habebat Euripidis versus:

«Nam si violandum est ius, regnandi gratia,
Violandum est: aliis rebus pietatem colas!»

Fuisse traditur excelsa statura nigris vegetisque¹⁵ oculis, capite calvo,¹⁶ quani calvitii deformitatem, quod saepe obtrectatorum¹⁷ iocis carpebatur, moleste ferebat. Ideo ex omnibus honoribus non alium usurpavit libertius, quam ius laureae perpetuo gestandae. Vino eum parum indulsisse ne



Mors Caesaris

inimici quidem negaverunt. Cato dixisse fertur Caesarem unum ex omnibus ad libera-
ram rempublicam evertendam sobrium ac-
cessisse. Ex medio gloriae spatio insperate
revocatus nihilominus sempiternam apud
posteros memoriam adeptus est.

Sebastianus A. Módry.

⁶ gógoş ⁷ tiszteletadás ürügye alatt ⁸ nyakperec
⁹ döfés ¹⁰ ékes beszédű ¹¹ barátsgós, leereszkedő
¹² ellenségeskedés, félreértés ¹³ rágalmaz, megszól
¹⁴ pihenést enged magának ¹⁵ élénk ¹⁶ kopasz
¹⁷ ócsárló.

Da caecus et accipe oculatus.

十一

Pilas quasi dii habent homines.

1

Nemo potest beate vivere, ne tolerabiliter
quidem, sine sapientiae studio.

(*Seneca, Ep. 16, 1.*)



In urbe Hódmezővásárhely IV. Calendas Apriles certamina gladiatoria inter discipulos regni intermedischolares ponebantur. Alexander Nagy rector gymnasii Helveticae confessionis Hódmezővásárhelyensis oratione initium certandi fecit. In certaminibus, quae catervatim inter scholas agebantur, victoriam discipuli Budapestinenses (gymnasii scholarum piarum et gymnasii realoris VIII. regionis de Nicolao Zrinyi) adepti sunt, contra in iis, quae postero die inter singulos discipulos ponebantur, praeter exspectationem competitores provincialium scholarum excellebant arte gladiatoria, ex quibus praemia proposita Antonius Tóth (Hódmezővásárhely) et I. Wagner (Békéscsaba) acceperunt.

Sub finem mensis Martii Hungarici lusores Vindobonae in certamine pilas¹ supra mensam¹ more Britannorum¹ mittendi¹ Austriaeos competitores superaverunt. Ex undetriginta lusibus² nostri vicies septies victores evaserunt.

1 asztali tenniszjáték 2 játék



Philippus Gibbs, scriptor Britannus in novissimo opere suo: «*Since then*» (h. e.: Ex quo tempore bellum saevire desiit), de statu ac conditione populorum Europae hodiernae disserit. Pace enim inter populos composita *Philippus Gibbs* terram Europae per omnes partes peragravit observationesque suas litteris mandatas nunc in lucem edidit.

Pars huius operis etiam nostrae patriae historiam statumque tractat. Regiones, urbes totaque geographia Hungariae accuratissime sunt descripta; tum de corona sancta regni

disserit auctor commemorans per illam 53
capita regum in ordine adhuc esse ornata.
Quibus praemissis nefanda illa describitur
caedes, qua homines sceleratissimi Stephan-
um e comitibus Tisza, virum profecto iu-
stum et tenacem propositi sicariorum ritu,
violenta manu occiderunt. Etiam res Michaelis
Károlyi, proditoris illius patriae pertrac-
tantur, quo modo scilicet perniciosa illa
sentina patriae imperio potita sit.

Quo opere Philippus Gibbs egregiam
navavit patriae nostrae operam, cum nationi-
bus occidentalibus humanitate¹ politissi-
mis¹ etiam vulnera nostra per pacem illam
Trianonensem nobis illata ostenderet, nihil
negans Hungariam quattuor per illam acce-
pisse Alsatias² hasque rerum conditiones
gentem nostram in³ temporum³ diurni-
tate³ nullo modo tolerare posse.

*Plena erant canum viae et plateae Constantinopolitanae tempore, cum in urbe antiquitate notissima imperatores regnabant. Canes passim in urbe cum ingenti ululatu vagabantur nocturno praesertim tempore. Magistratus tandem molestiam non ferentes, anno 1910. omnes canes extirpandos⁴ censuerunt eosque congregari⁵ inque insulam Propontidis: *Oxiām*, ubi fame interirent, exponi iusserunt.*

Patratis⁶ rite iussis cum iam canes in insulam deportati⁷ essent, incolae, qui circa eam habitabant, per multas hebdomadas⁸ ululatus miserorum animalium audiebant.

Nunc canes iterum urbem invaserunt, ut ex diurnis⁹ accipimus nuntium. Dominis enim, qui canes alunt Constantinopolitanis magna imponebantur tributa,¹⁰ quae multi solvere non possunt. Sunt etiam, qui canibus suis ne parcissimum¹¹ quidem victimum praebeant. Itaque canes, ne inedia¹² vitam finiant, heros suos relinquunt et per urbem errant. Custodes urbis canes vagantes iussu magistratum nunc iterum comprehendunt et nisi a dominis intra paucos dies redimantur,¹³ miserrimos necant.

¹ nagy műveltségű ² Elzász
³ hosszú időn át ⁴ kiir-
⁵ tani ⁶ összegyűjt ⁷ elvisz ⁸ hétköznap
⁹ adó ¹⁰ szükös ¹¹ éhség ¹² ujság
¹³ kivált.



Aërobaticum mira Zeppeliniana arte constructum, quod L. Z. 127. appellatur, a. d. V. Cal. Apr. hora 11. nocturno tempore e Portu¹ Friderici¹ iter per aërem ingressum est, ut Budapestinum volaret, quo postero die mane pervenit. Magna hominum frequentia vectores aérios in insula Csepel exspectabat et ubique in patria opus sane mirum mentis humanae specimenque gloriosum saeculi deleniti² intuebantur incolae.

Navigium aëriū 236 metra est longum, per³ medium³ 30 metra occupat. Descendentis navigii funes 250 milites tenebant. Aliquantulo⁴ temporis⁴ interiecto⁴ navigium iterum subvolavit, ut in orbem oppida et regiones Hungariae visendi causa circumvectaretur.⁵ Ex quo itinere reversum hora quinta postmeridiana aërobaticum retro in Portum Friderici volavit.

¹ Friedrichshafen ² elbüvölten ³ átmérőben ⁴ kis idő múlva ⁵ körülhajóz.

Claudii

Ad fabulam *Ernesti Eckstein* Latine scripsit
Valentinus Fehér.

— Roma est in nostra potestate. Plus dimidia pars praetorianorum Nervam agnoscit imperatorem. Post horam Palatium occupabimus. Agite homines, aperite nobis viam!

Quintus, tamquam ebrius,¹ titubans² locum subsolaneum³ relinquit. Maximus in foro tumultus erat. Viam quae ad montem ferebat Palatinum, firmae copiae intercluserant;⁴ aliae diversas urbis regiones occupaverant.

Prope arcum Titi turba circumsistebat Clodianum, qui maxima voce clamavit:

— Domitianus ille crudelis non amplius imperat. Vindices⁵ gratias vobis agunt pro vestrorum animorum⁶ ardore⁶ infinito. Quare imperator Nerva in annum proximum altero⁷ tanto⁷ maiorem,⁷ quam hactenus accepistis, vim frumenti gratis⁸ dividet.

— Salvus sit Nerva, pater patriae! —
clamat vulgus.

In Palatio omnes vigilabant. Cum Domi-

tianus domum circumclusam esse cognovisset, prope⁹ mente¹⁰ captus est.¹⁰ Capillos sibi vellens¹¹ arcessit Phaeontem Iudaeum, servum carissimum et iubet illum aliquid fabulari, pellere¹² chordas,¹³ terribiles propulsare cogitationes.

Stephanus pariter animo commotus tota nocte in tablino consilia coquebat, quomodo imperata Augustae facere posset. Perspexit nihil esse reliqui, nisi Domitianum occidere.

Itaque **tertia hora** Caesarem adit.

— Donine — inquit — indicium¹⁴ affero
gravissimum.

Domitianus valde perterritus annuit ser-
vis, ut excepto¹⁵ Phaeonte omnes discede-
rent. Stephanus ei libellum¹⁶ tradit, quem
ipse noctu scripserat. Imperator pallore suf-
fusus legere coenit.

Stephanus hoc momento temporis usus
velocissime erectum pugionem capulo tenus
in Domitianum adigit.¹⁷ Caesar horrendum
clamans, veluti rabida¹⁸ bestia, in Stephanum
irruit.

— Cette¹⁹ gladium ! — clamat. — Phaeton,
cedo gladium !

Puer tremebundus in conclave vicinum currit. Domitianus et Stephanus inter se luctantur. Caesar e manu libertini pugionem extorquere nitens forte aciem corripit, quae manum osse²⁰ tenus²⁰ incidit. Tum dolore ululans oculos adversarii digitis effodere²¹ aut dentes faucibus eius imprimere conatur. Phaeton rediens tum ipsum graviter caput Stephani percutit, cum is pugionem in cor imperatoris infigit.

— Sero²² venisti, Phaeton — singultat²³
Domitianus et supinus²⁴ occidit.

E naribus²⁵ et ore sanguis ater effunditur.
Caesar paulo post mortuus est.

Ubi fama percrebruit²⁶ Caesarem interfec-
tum esse, praetoriani nusquam resistunt
coniuratis, qui Palatio potiuntur. Clodianus
statim senatum cogit.²⁷ Senatus uno²⁸ con-
sensu²⁸ M. Cocceium Nervam creavit impera-
torem et Domitianī memoriam ex animo
tolli populi Romani, statuas illius deturbari,²⁹
arcus solo³⁰ aequari³⁰ iussit. Edixit etiam,
ut lex in Nasarenos lata abrogaretur.³¹

1 részeg 2 tántorog 3 földalatti 4 elzár 5 szabadító
6 lelkesedés 7 kétszerannyi 8 ingyen 9 majdnem
10 megörül 11 tép 12 penget 13 húr 14 fölfedezés
15 kivéve 16 irat 17 beleford. 18 veszett 19 adjátok ide!
20 csontig 21 kivág. 22 kesőn 23 hörög 24 hanyatt 25 orr
26 elterjed 27 egyebéhi 28 egyhangúlag 29 ledönt 30 a
földelői egenlövész tesz 31 felfügeszt.

Apologi.*

1. *Otium.* Sinus fluminis postquam in campum rasum¹ intravit, «bene est» inquit «iam perpetuo me deorsum volvendi labore liber, tandem quiete hic stagnabo». Sic fere dicenti vir sapiens rettulit: «Hic autem piger, foetesces!» *

2. *Constantia.* Circinus⁴ interroganti cur quandocunque circulum duceret, altero pede staret, alterum moveret, respondit quoniam fieri non posset, quin constantiae labor adiungeretur. *


3. *Vanitas.* Scopas⁵ iactantes se esse eas, quae compita atque aedes mundatas⁶ habent nitidasque servarent, quidam indignatus arrogantiam istam ita edocuit: «Ut aliena mundetis, vos ipsae squaletis». ⁷

4. *Vanitas.* Speculum gloriabatur se imagines plus ingenuas naturaeque congruas effingere, quam ullus pictor; cui est responsus: «Esto! sed tuae imagines remotis rebus evanescunt.» J. H. Salisb.

* mesék ¹ sima ² megállapodik ³ megdohosodik
4 körzö ⁵ seprő ⁶ megtisztít ⁷ piszkos.



AENIGMATA.



Litterae AAAAAA
EEEEEE GG N O RR
SSSS TT V X in huius
figurae areis ita ponantur, ut in libramen-
tis appareant 1. vocalis, 2. pronomen, 3.
pars amphitheatri, 4. alio verbo paupertas,
quae — ut proverbio dicitur, — etiam artes
docet, 5. praepositio, 6. si vacuum est, altius
pleno resonat, 7. consonans. Media linea perpendicularis par sit libramento quarto.

Epigrammata tristicha aenigmatica.

I.

Findere me nulli possunt, praecidere¹ multi,
Sed sum versicolor,² albus quandoque futurus:
Malo manere niger: minus ultima fata verebor.

II.

Mordeo mordentes, ultro non mordeo quenquam.
Sed sunt mordentem multi mordere parati:
Nemo timet morsum, dentes quia non habeo ullos.

III.

Virtutes magnas de viribus afferro parvis:
Pando domos clausas, iterum praecludo patentes.
Servo domum domino, sed rursus servor ab ipso.

¹ levág ² sokszínű.

Solutiones aenigmatum numeri VI.

I. *Priamus.* — II. *Graechus, rosa, Aurelianus, Ephesus, carpe, ibis, arbor, Micipsa, Athenae, Gordium, Numantia, Alexandria. Pars Italiae: Magna Graecia.*

Aenigmata numeri VI. recte dissolvunt: Steph. Wohryzka, Tib. Zöhls (Budapest), Ioannes Horváth, Franc. Handler, Iul. Vattamány, Alex. Fövenyessy, Lad. Pichler (Pécs), Georgia Szilvássy, Martha Telbisz (Budapest), Paulus Kürthy (Ujpest), Ios. Axmann, Lad. Értelmes, Ios. Gulyás, Franc. Jaczenkó, Alad. Komporday, Ios. Krengitzky, Car. Lauf, Ios. Szilágyi (Mezőkövesd), Geiza Grosschmid (Budapest), Lor. Halász, Rud. Orbán (Pécs), Marianna Renner, Eleonora Ottó (Budapest), Discipuli cl. IV. B. gymn. reg. cath. Miskolciensis, Anna Pogány, Juditha Kosáry, Steph. Alberti (Budapest), Ios. Csáky (Pécs), B. Toldy-Ösz, Helena Kaluza, W. Khlogber (Budapest). Praemium discipulis cl. IV. gymn. reg. cath. Miskolciensis adiudicatum est.



Epistolalia Officialia.

Steph. Elek: Aenigma tuum affabre delineatum in aliquo proximo numero cum lectoribus communicabo. — E. Forró: Narratiuncula formā aliquantulum mutatā publicabitur. Quā es facilitate Latine scribendi, alia quoque mitte opuscula. — Lad. Czillinger: E tuis unum alterumve eligam. — Fr. Nedermann: Optime historiunculam enarrasti, fac mittas alias quoque huiusmodi opuscula. — Tib. Gaál: Laudo studium tuum. Quae misisti, publicabuntur. Quando, nunc edicere nequeo. — Eug. Keller: Aenigmata tua prodibunt. — Steph. Takács: Tuum fortasse in Arena Iuventutis prodibit. — Lor. Kesztyüs et discipuli Debrecinenses: Studia vestra, carissimi discipuli sane digna sunt, quae laudentur. Misisti enim «Nuntium» ephemeridem vestram Graeca lingua exarata. Vos itaque, carissimi juvenes, praeter Iuventutem etiam vestros habetis «Nuntios» exercetisque alteram quoque antiquitatis sapientiae inexhaustam linguam, Latinae certe consanguineam et hoc modo, — ut Herondae verbis utar, — *ancoris duabus nitimini* culturam amborum aeternae nobilitatis populorum humanitatemque singularem, quasi eodem cibo pastam percolentes. Facite sitis firmi atque indefatigabiles, nulliusque lassitudinis incommoditate exantlati incepta vestra, tam honesta, ἀγαθὴ τύχη pergit!



Moderator ephemeridis: EUGENIUS FRAY DR.

Budapest, I., Verpeléti-út 22.,
ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-
scholarium Catholicorum. — A Katholikus
Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)